



# Notes du mont Royal

[WWW.NOTESDUMONTROYAL.COM](http://WWW.NOTESDUMONTROYAL.COM)



Cette œuvre est hébergée sur «*Notes du mont Royal*» dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES  
Google Livres

318337

Musæi opuscu-  
LVM DE HERONE  
ET LEANDRO.



PARISIIS  
*In officina Christiani Wecheli.*  
M. D. XXXVIII.

318337

Antipatri

Hic est Leandri tranatus, hoc est ponti

Fretum non soli amanti graue.

Hæc Herūs antiqua domicilia. he turris

Reliquiae: proditrix hic pendebat lucerna.

Commanèque ambos hoc habet sepulchrum, nunc quoq;

De illo inuidio conquerentes uento.



*Clamabat tumidis audax Leander in undis,  
Percite dum propero, mergite cum redeo.*



A y

## MARCI MVSURI CRETENSIS.

Templum erat in Sesto, porriciebant ubi libamenta  
Veneri festinantes quotannis: at arcam  
Vafer amor gestabat, iaculariq; gestiens,  
Acutè circunspectabat, amarāmque contorsit sagittam  
Matriis in sacerdotissam, properānsque inhæsit  
Epati Leandri, cùm puella præcordia statim træsodisset:  
Vtrique autem Cupidinis eodem perculsi furore,  
Sui potiti sunt, nuptiarūmque consciam lucernam  
Clandestinarum posuere: ferreum autem illa sortita  
Sanguinem, multiusq; prodiit amantis procellis.  
Et eos luce priuauit, priuauit etiam lusibus uenercis

### Eiusdem in Museum.

Etsam præcordia inuidia deprū tetigit: nam carminibus  
Iactauit se consecutum Mars præmia laborum.  
Id audiens indignatus est, q; sua obumbraverunt opera  
Tenebrae satis, Martisq; non tulit iniuriam amor;  
Musæoq; mandauit: ille uero canebat anantium  
Furorem decerpendi uirginitatis florem.  
Laudetur ergo paruis paxisse marginibus,  
Quæ paruis ludens manibus patrauit Cupido.

# MVSAEI DE

HERONE ET LEANDRO,

**D**ic Deo occultorum testem lucernam amorum;  
Et nocturnum natorem per mare nectarum  
nuptiarum;  
Et coitum tenebrosum, quem non uidit immortalis aurora;  
Et Sestum ex Abydum, ubi nuptiae nocturne Herus,  
Natantemque Leandrum simul ex lucernam audio.  
Lucernam annunciantem nuncium Veneris,  
Herus nocte nubentis nuptias ornantem nuntia. (ter  
Lucernam amoris simulacrum, quæ debuit aetherius Iuppi,  
Nocturnum post officium ducere ad consortium astrorum,  
Ac ipsum appellasse sponsas ornarem stellam amorum,  
Quoniam fuit ministra amatoriarum curarum,  
Nunciumque seruauit insomnum nuptiarum,  
Antequam molestus flatus flaret inimicus uentus.  
Sed cia mihi capenti unum concine finem  
Lucerne exinde, ex percuntis Leandri.

Sestus erat ex Abydus erigone, prope mare  
Vicine sunt urbes: Cupido arcum tendens,  
Ambabus urbibus unam commisit sagittam,  
Iuuenem urens ex virginem: nomen uero eorum  
Sua si que Leander erat, ex virgin Hero;  
Hec quidem Sestum habitabat, ille uero oppidum Abydi,  
Ambarum urbium per pulchræ stelle ambo:  
Similes inter se tu uero si quando illac transibis,  
Quare mihi quandam turrim, ubi quandam Sestias Hero

A ij Stabat

## LEANDER

Stabat lucernam habens, et dux erat Leandro:  
Quere et antiquæ marisonum fretum Abydi,  
Adhuc deflens mortem et amorem Leandri.  
Verum unde Leander in Abydo domos habitans,  
Herus ad amorem uenit, amore uero deuinxit et ipsam  
Hero gratijs generosum sanguinem sortita,  
Veneris erat sacerdos: cum nuptiarum uero imperita esset  
Turrum a parentibus apud uicinum habitabat mare,  
Alara Venus regna, castitate uero et pudore  
Nunquam collectarum commercio uisa est mulierum:  
Neque tripudium gratiosum adiuit iuuenilis etatis,  
Liuorem euitans inuidum mulierum:  
(Nam ob pulchritudinem inuidæ sunt foeminae)  
Sed semper Cytheream placans Venerem,  
Saepetiam Cupidinem conciliabat libamentis,  
Matre cum coelesti flammeam tremens pharetrare:  
Sed neque sic euitauit ignitas sagittas.  
Iamque Venereum populare uenit festum,  
Quod Sestii celebrant Adonidi et Veneri,  
Cateruatimque festinabant ad sacrum diem ire (larum,  
Quotquot habitabant mari circundatarum extrema insu-  
Hi quidem ab Hæmonia, hi uero maritima a Cypro.  
Neque mulier ulla remansit in oppidis Cytherorum,  
Non libani odoriferi in summitatibus saltans:  
Neque accolarum quisquam deerat tunc festo,  
Non Phrygiae incola, non uicinæ ciuis Abydi:  
Neque ullus iuuenis amator uirginum. certè enim illi  
Semper secuti, ubi fama est festi,  
Non tamum immortalium afferre festinare sacrificia,  
Quantum aggregatarum ob pulchritudines uirginum.

Verum

Verum deo per eadem incessit uirgo Hero,  
 Splendorem gratum emittens facie,  
 Qualis alba genas oriens luna.  
 Summi uero niuearum rubebant circuli genarum,  
 Ut rosa ex thecis bicolor; certè diceres.  
 Herus ex membris rosarum pratum apparere:  
 Colore enim membrorum rubebat; euntis uero (ellæ:  
 Etiā rosæ candida induit a tunica sub talis splendebant pueri  
 Multæ uero ex membris gracie fluebant. sed antiqui  
 Treis gratias mentiti sunt esse: alteruter uero Herus  
 Oculus ridens centum gratijs pullulabat.  
 Profecto sacerdotem dignam nocta est Venus.  
 Sic ea quidem plurimum antecellens fœminas,  
 Veneris sacerdotissa noua apparebat Venus.  
 Subiit autem iuuenum teneras mentes, neque ullus uir  
 Erat, qui non affectaret habere coniugem Heronem.  
 Illa autem benefundatum quacunq; per eadem vagabatur,  
 Sequentem mentem habebat et oculos et præcordia uirorum.  
 Atq; aliquis inter iuvenes admiratus est, et dixit uerbum:  
 Et Sparien accessi, Lacedæmonis uidi urbem,  
 Vbi laborem et certamen audimus pulchritudinum:  
 Talem autem nondū uidi puellam, prudentemq; teneramq;  
 Forte Venus habet gratarum unam iuuenum.  
 Intuens defessus sum: facietatem autem non inueni aspiciendi:  
 Ilicò moriar, cubilia ubi concenderim Herus.  
 Non ergo in cœlo cuperem deus esse,  
 Nostram uxorem habens domi Herō.  
 Si autem mihi non licet tuam sacerdotem tractare,  
 Talem mihi Cythera puellam uxorem præbeas:  
 Talis iuuenum quisque locutus est: undique aliis

## LEANDER

Vulnus cælans insaniuit pulchritudine puellæ:  
Grauia passæ Leander, tu aut ut uidisti inclytam puellæ,  
Nolebas occultis consumere mentem stimulis,  
Sed ardentibus domitus inopinatò sagittis,  
Nolebas uiuere per pulchre expers Heronis:  
Simul in oculorum radijs crescebat fax amorum,  
Et cor feruebat inuicti ignis impetu.  
Pulchritudo enim celebris immaculata fœmina  
Acutaor hominibus est ueloce sagitta:  
Oculus uero uia est: ab oculi ictibus  
Vulnus delabitur, et in præcordia uiri manat.  
Cepit aut ipsum tunc stupor, impudencia, tremor, pudore:  
Tremuit quidem corde, pudor uero ipsum tenebat captū,  
Obstupuit uero pulchritudinem optimam: amor uero ad  
demit pudorem.  
Audacter autem ob amorem impudemiam effectans,  
Tacite pedibus incedebat, et contrastetit puellam:  
Oblique uero intuens dolosos torquebat oculos:  
Nutibus mutis in errorem inducens mentem puellæ.  
Ipsa uero ut sensit amorem dolosum Leandri,  
Gauisa est ob gratias suas tacite uero et ipsa.  
Sepe gratam suam oculuit faciem,  
Nutibus occultis innuens Leandro,  
Et rursus extulit: ille uero intus animo gaudebat,  
Quod amorem sensit, et non renuit puella.  
Dum igitur Leander quærebat occultam horam,  
Lucem comraphens descendit ad occasum dies:  
Eregione autem apparuit umbrosa hesperus stella.  
Sed ipse audacter adibat prope puellam,  
Ut uidit atratas insurgentes tenebras,

Tacite

M V S A E I

Tacite quidem stringens roseos digitos puelle,  
Ex imo suspirabat uchementer: illa uero silentio  
Tanquam irascens roseam retraxit manum.  
Ut uero amata sensit instabiles nutus puelle,  
Audacter manu uariam traxit uestem,  
Uleima uenerandi ducens ad penetralia templi.  
Pigrè autem pedibus sequebatur uirgo Hero,  
Tanquam nolens, talèmque emisit uocem,  
Fœmineis uerbis minans Leandro:  
Hospes, quid insanis? quid me infelix uirginem trahis?  
Alia ito uia, me amque dimitte uestem:  
Iram meorum euit a locupletum parentum.  
Veneris non te decet deæ sacerdotem sollicitare:  
Virginis ad lectum difficile est ire.  
Talia minata est conuenientia uirginibus.  
Fœminearū aut Leander ubi audiuit furorem minarū,  
Sensit persuasorum signa uirginum.  
(Etenim cùm iuuenibus minantur fœmine,  
Venerarum consuetudinum per se nuncie sunt mine)  
Virginis aut bene olen boni coloris collum osculatus,  
Tale uerbum ait, amoris ictus stimulo:  
Venus cara post Venerem, Minerua post Mineruam.  
(Non enim terrestribus æqualem uoco te mulieribus,  
Sed te filiabus Iouis Saturnij assimulo)  
Beatus qui te plantauit, et beata que peperit mater,  
Venter, qui te enixus es, felicissimus: sed preces  
Nostras exaudi, amorisque miseresce necessitatis:  
Veneris ut sacerdos, exerce Veneris opera:  
Huc ades, initianc nuptialibus legibus deæ:  
Virginem non deces administrare Veneri;

Virginia

## LEANDER

virginibus Venus non gaudet si uero uolueris  
Instituta deae ueneranda, et ceremonias fidas discere,  
Sunt nuptiae et lecti: tu autem si amas Venerem,  
Mulcentium mentem ama suauem legem amorum:  
Tuumq; seruum me accipe, et si uolueris coniugem,  
Quem tibi Cupido uenatus est, suis sagittis affecutus;  
Sicut audacem Herculem aler auriuirga Mercurius  
Seruitum duxit Iardanen ad puellam.i. Omphalem;  
Tibi uero me Venus misit, et non sapiens attulit Mercurius.  
Virgo non te latet ex Arcadia Atalanta, (rius.  
Quae olim Milanionis amantis fugit lectum,  
Virginitatem curans: irata autem Venere,  
Quem prius non amauit, in corde posuit uero.  
Persuadere et tu cara, ne Veneri iram excites,  
Sic fatus, persuasit recusantis mentem puella,  
Animum amoriperis errare faciens uerbis:  
Virgo autem muta in terram fixit aspectum,  
Pudore rubefactam abscondens genam,  
Et terra triuit summitate in uestigis: cum pudore alii  
Saepc circa humeros suam contraxit uestem.  
Persuasionis enim hec omnia prænuntia virginis autem  
Persuase ad lectum, promissio est silentium.  
Iam et suamarum suscepit stimulum amorum:  
Urebatur autem cor dulci igne uirgo Herò,  
Pulchritudineque suavis stupescerat Leandri.  
Dum igitur ad terrā habebat nox: inclinata caliginē,  
Tunc et Leander amore furente multo  
Non defatigabatur uidens tenerum collum virginis.  
Serò uero Leandro suauem emisit uocem;  
Vercundia madidum ruborem stillans à facie:

Hoffes

# M V S A E I

Hospes tuis uerbis forsitan et cautelem moueress  
Quis te uariorum uerborum docuit uias?  
Hei mihi, quis te duxit meam ad patriam terram?  
Hec autem omnia frustra locutus es. quomodo n. uagus  
Hospes cum sis et infidus, meo amori misceris?  
Manifeste non possumus nuptijs legitimis coniungi.  
(Non enim meis parentibus placet) si autem uoles.  
Ut hospes profugus mea in patria manere,  
Non potes tenebrosam abscondere Venerem.  
Lingua enim hominum amica conuicti: in silentio autem  
Opus, quod perficit aliquis, in triujs audit.  
Dic uero, ne cæles tuum nomen, et tuam patriam.  
Non enim meum te lateat: mihi nomen inclytum Hero.  
Turris autem celebris, mea domus altissima:  
Qua inhabitans cum ancilla quadam sola  
Sestensem ante urbem supra profunda littora.  
Vicinum mare habeo inuisis consilijs parentum.  
Neque me prope uicina sunt coetaneæ: neque choreæ  
Iuuenum adsunt: semper autem nocte et die  
Ex mari uento insonat auribus sonitus.  
Sic fata, roscam sub ueste cœlabat genam.  
Rursus pudore affecta, sua autem increpabat dicta.  
Leander autem amoris percussus acuto stimulo,  
Cogitabat quomodo amoris exerceret certamen.  
Virum enim uarius consilijs amor sagittis domat:  
Et rursus uiri uulnus medicatur: quibus autem dominatur,  
Ipse omnidoritor consultor est mortalibus.  
Ipse etiam amanti auxiliatus est Leandro.  
Tandem autem ingemens artificio sum dixit uerbum:  
Virgo tuū propter amorem, etiā aspam undam transibo;  
Si igni

## LEANDER

Si igni ferueat, et innauigabilis erit aqua:  
Non timeo grauem undam tuum adiens cubile,  
Non fremitum resonantem grauisoni maris:  
Sed semper per noctem portans madidus maritus  
Nauigabo Hellefponsum uilde fluentem: non longe enim  
Contra tuam urbem habeo oppidum Abydi:  
Tantum mihi unam lucernam ab excelsa tua turri  
Eregione ostende per tenebras, ut intuens  
Sim nauis amoris habens tuum stellam lychnum.  
Atque ipsum aspiciens ne uideam occidentem booten,  
Nec asperum orionem, ac immadidam tractionem currut,  
Patrie obuiæ ad dulcem portum uenirem.  
Sed cara caue perflantes uentos  
Ne ipsum extinguant, et statim animam perdam,  
Lychnum meæ uite luciferum ducem,  
Si uerè autem uis meum nomen et tu scire,  
Nomen mihi Leander bene completo coniunx Herus.  
Sic quidem clandestinis nuptijs constituerant misceri,  
Et nocturnam amicitiam, et nuntium nuptiarum,  
Lucerne testimonijs pacti sunt seruare.  
Illa quidem lucē extendere, hic autem undas logas trahere.  
Pernoctationes autem execui uigilum nuptiarum,  
A se inuiti separati sunt necessitatibus:  
Haec quidem suā ad turrim, hic autem obscurā per noctem  
Ne quid erraret iaciens signa turris,  
Nauigabat profundi fundamēti ad latum oppidum Abydi.  
Totaque nocte coniugū clandestina desyderatis certamina,  
Sepe optarunt uenire cubiculum ornantem noctem.  
Iam atrata cucurrit noctis caligo,  
Viris somnum afferens, et non amanti Leandro:

Sed

M V S A E I

Sed multifremi apud littora maris  
Nuntium expectabat lucentium nuptiarum.  
Testimonium lucerne lugubris expectans,  
Lectique clandestini procul speculantem nuntium.  
Ut uero uidit nigra obscuram noctis caliginem,  
Hero lucernam ostendit: accensa uero lucerna  
Animum Cupido exusit festinantis Leandri:  
Lucerna ardente, coardebat: à uero mari  
Insanarum nudarum multisonum fremitum audiens,  
Tremebat quidem primum: postea aut audaciā attollens,  
Talibus alloquebatur consolans mentem uerbis:  
Grauis amor et mare implacabile. sed maris  
Est aqua: uerū amoris me urit intestinus ignis.  
Assume ignem cor, ne time effusam aquam.  
Ades mihi in amorem, cur fluctus curas?  
Ignoras quod Venus nata est è mari,  
Et dominatur Ponto, et nostris doloribus  
Sic fatus, membra amabilia exuit uestem,  
Ambabus manibus, suoque astrinxit capiti.  
Littoreque exiluit, corpisque deiecit in mare,  
Splendentiēque festinabat semper aduersus lucernam;  
Ipse remex, ipse classis, ipse sibi nauis.  
Hero autem alta lucifera super turri  
Pernitiosis auris undecunque spiraret uentus,  
Veste saepe lucernam tegebat, donec Sesti  
Multum fatigatus Leander iuit ad portuosum littus,  
Et ipsum suam ad turrim subuexit; ex ianuis uero  
Sponsum amhelantem complexa si'entio,  
Spumeas ex capillis guttas adhuc stillant em maris,  
Duxit sposam ornatis ad penetralia uirginis cubiculi,

Et core

## LEANDER

Et corpus totum abstergit, corpusque unxit oleo  
Bene olenti roseo: et mare olientem extinxit odorem.  
Adhuc autem anhelantem altè stratis in lectis  
Sponsum circumfusa blanda emisit uerba:  
Sponse multū laborasti, quæ non passus est spōsus aliis.  
Sponse multum laborasti: satis tibi est salsa aqua,  
Fœtorque piscoſus frementis maris.  
Huc tuos sudores meis impone ſinibus.  
Sic illa hec locuta est: ille uero statim soluit zonam,  
Et leges inierunt beneuola Veneris,  
Erat nuptiae, sed sine choreis: erat lectus, sed sine hymnis:  
Non coniugium sacrum quisquam laudauit poëta:  
Non tecum illuminabat lux cubicularium lectum,  
Neque peragili quisquam insiluit chorea.  
Non hymenæum cantauit pater, et ueneranda mater:  
Sed lectum sternens perficientibus nuptias in horis  
Silentium thalamum fixit, sponsam uero ornauit caligo,  
Et nuptiae erant longe à canendis hymenæis.  
Nox quidem erat illis nuptiarū ornatrix. nūquā aurora  
Sponsum uidit Leandrum ualde notis in lectis.  
Nauigabat autem in cregione positi rursus ad populū Abydi,  
Nocturnos infatibilis adhuc spirans hymeneos.  
Ast Hero longa induita ueste suos latens parentes,  
Virgo diurna, nocturna mulier: utrique autem  
Sepe optarunt descendere ad occasum auroram.  
Sic bi quidem amoris abscondentes uim,  
Occulta delectabantur inter ſe Veneri.  
Sed paruum uixerunt in tempus, neque diu  
Inuicem potici sunt multi uagis nuptijs.  
Sed quando pruinoſe uenit hyems hora,

Horrendas

Horrendas cōmōuens multarum uortiginum procellas,  
 Profunditatesq; infirmas & madida fundamēta maris,  
 Hyemales spirantes uerberabant uenti:  
 Nimbo percutientes totum mare. uapulante autem  
 Iam nauem nigram fregit in duas partes terra,  
 Hyemale & infidum effugiens mare nauta.  
 Sed non hyemalis te timor cohercebat maris  
 Fortanime Leander: nuntius sed te turris  
 Consuetam significans lucem nuptiarum,  
 Furentis te impulit securum maris,  
 Crudelis & perfidus: debebat autem infelix Hero  
 Hyeme instante manere sine Leandro,  
 Non amplius accendens breuis tēporis stellam lectorum,  
 Sed amor & fatum cogebat. allecta autem  
 Parcarum ostendebat, non amplius faciem amorum.  
 Nox erat, cūm maximē spirantēis uentos  
 Hyemalibus flatibus iaculantes uenti.  
 Collecti irruunt in littus maris.  
 Tunc Leander consueta spe sponſe,  
 Valde sonantium ferebatur marinaram nuptiarum.  
 Iā ab unda unda uoluebatur, accumulabatur uero aqua,  
 Aetheri miscebatur mare: concitata est undique terra,  
 Pugnantibus uentis, zephyro aut̄ contra spirabat eurus,  
 Et notus in boream magnas immisit minas:  
 Et fragor fuit ineuitabilis ualdifremi maris.  
 Grauia autē passus Leander implacabilibus gurgitibus,  
 Saepè quidem precabatur & quoream Venerem:  
 Saepè autem & ipsum regem Neptunum maris.  
 Atthæc non boream immemorem relinquit nymphæ.  
 Sed ei nullus auxiliatus est: amor aut̄ non coercuit fatidicis

## LEANDER

Vtidiq; autem accumulati malē obuio fluctus impetu  
Contritus ferebatur: pedum autem eius defecit uigor.  
Et uis fuit immobilis inquietarum manuum.  
Multa autem spontanea effusio fluebat in guttur.  
Et potum inutilem impetuosi potauit maris.  
Et iam lucernam infidam extinxit amarus uentus,  
Et animam ex amore deslendi Leandri.  
Cūm adhuc autem dirigeret iter uigilibus oculis,  
Stabat fluctuans miseris curis.  
Venit autem aurora, et non uidit sponsum Hero:  
Circunque oculum dirigebat in lata dorsa maris,  
Sicubi uideret errantem suum maritum  
Lucernā extinctā apud fundamentum turris  
Dilaniatum scopulis ut uidit mortuum maritum,  
Variam scindens circa pectora tunicam,  
Cum strepitu præcips ab alta deturbata est turri.  
Atque Hero mortua est ob mortuum maritum:  
Suique potiti sunt ex in ultima pernicie.

FINIS.

